

nem bonorum omnium. Ex eodem pro-  
prio, serm. 39. a pag. 50. ad pag. 51.

**L**IVGONIS S. VICTORE sermo  
in illud. Psal. 71. *Vnus & dabitur ei de auro*  
*Arabie, duas partes complectitur. I. agit*  
*de Christi nominibus & explicat illud*  
*Isaia 9. Nomen eius Admirabilis, Consi-  
derius. Et II De mysticis muneribus Ma-  
gorum & presertim de myrra; Vbi  
decem myrræ species enumerat. Tom. 2*  
*infit. Monast. ser. 17. pag. 326.*

Eiusdem sermo alter, in illud eu-  
angelij. *Obulerunt magi Domino, aurum, ihu,*  
*& myrram, tractat autem designifica-  
tione muherum, quæ Christo magi ob-  
tulerunt, & in tria membra partitur.  
In I. agit de fide per aurum designata,  
& quomodo fides versari debeat circa  
Creatorem & Saluatorem; (Vbi mul-  
tiplices differentias afferit inter hæc  
duo nomina, Creatoris & Saluatoris.)  
In II. de oratione per thus significata &  
quatuordecim orandi modos ex scri-  
ptura colligit. In III. de mortificatione  
per myrram figurata. Tom. 2. *infestation.*  
*Monast. serm. 36. pag. 346.**

**S.** HYERONIMO sermo in Epiphania Domini falso adscriptus, de  
baptismate Christi loquitur & Psal-  
lum. 28. huic mysterio baptismi ac-  
commoda & explicat. Tom. 4. serm. 31.  
col. 88.

**D.** INNOCENTII. III. sermo in  
solemnitate apparitionis Domini no-  
stri Iesu Christi. De sacro sancto con-  
tingio inter Christum & ecclesiam, A-  
bbatæ promissæ, dauidi iurato, B. Ma-  
ria V. completo, in adoratione Ma-  
gorum consummato, in baptismo Ior-  
danis confirmato, & in miraculo vini  
declarato: de tribus hodiernis mani-  
festationibus: de aduentu & mun-  
eribus Magorum, denique de allegorica  
euangelij expositione, & de domibus,  
in quibus Christus inuenitur, S. Eccle-  
sia videlicet, pura conscientia, & di-  
uina scriptura. Tom. 1 pag. 98. & sequent.

**I**OANNIS THAVLERİ sermo  
in Epiphania Domini initio docet,  
quarenti quis sit Deus, & quid sit, quan-  
dam stellam oriri, splendorem gra-  
tia, sine qua id sciri non potest. H. ex

A tribus quæ sunt in anima hominis, vi-  
timam esse in quod lumen illud reci-  
pitur. III. Ex his tribus mysticè expo-  
nit, quid per tria munera significetur.  
IV. tria genera myrræ, adaptar peni-  
tentia tribulationibus, pressuris inter-  
nis. V. Per thus orationis feruorem.  
VI. per aurum mirabiles, gaudiosissi-  
mosque homines denotari; ac eos eti-  
am, qui ab omnibus, & à seipso om-  
nino auersi sunt. a pag. 72. usque  
ad 77.

Eiusdem sermo 2. Declarat vbi fiat  
ipsa Christi nativitas spiritualis. II.  
quid proprietatis habeat anima præ-  
ceteris rebus, vt in ea dumtaxat Di-  
uina nativitas peragatur. III. quæ gra-  
tia, quæ utilitas inde anima proue-  
niat. IV. Non fieri illam in hominis vi-  
ribus exterius dispersis. V. de ignoran-  
tia, in qua se manifestat, exeritque  
Deus, sermonem facit. A pag. 77.  
aa 81.

Eiusdem sermo 3. tractat quid fa-  
ciendum sit homini, vt in suo amabi-  
llissimo fundo Deus valeat lucere &  
operari: in illud Isaïæ 60. Surge, illu-  
minare Hierusalem. Nempe surgen-  
dum esse à seipso, & à creaturis omni-  
bus. A pag. 81. usque ad 84.

**C**B IVONIS CARNOTENSIS ser-  
mo in Epiphania Domini, de tribus  
mysticis apparitionibus, quas tum ad  
fidei firmitatem, tum ad morum ad-  
ficationem, clarè exponit. Tom. 1. Au-  
tor. Biblioth. Parum col. 818.

**S.** LAVRENTII IUSTINIANI  
sermo, in quo tria facit, primò myste-  
rij incarnationis laudem & Verbi in-  
carnati excellentiam prædicat, secun-  
dò, quod ad Regum Magorum imita-  
tionem sollicite & maximo affectu  
Christum querere debemus, ostendit:  
vbi historiam euangelicam iuxta litte-  
ralem sensum explanat, tertio can-  
dem historiam secundum spiritualem  
intelligentiam deuotè exponit. Parte  
2. pag. 616.

**S.** LEONIS sermo primus tribus ca-  
pitulis velut partibus distinctus. Primus  
quid Epiphania insinuerit, ostendit. Se-  
cundus de Magorum aduentu ac mu-